

Heinrich Rudolph Redecker

**Heinricus Rudolphus Redeker/ Iur. D. Prof. P. Consist. ... laudatae Facultatis
nomine Ad Disputationem Inauguralem ... Dn. Johannis Christiani
Süsterman/Patricii Hildesienis Die XV. Septembris in Auditorio maiori ...
Magnificum Dn. Rectorem officiose invitat**

Rostochii: Keil, [1664]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735213003>

Druck Freier  Zugang



Aufklärung

Ru jür. 1664

Heinrich Rudolf Redeker, Praes. /d
Johannes Christian Süßermann, Reg.
mit Progr.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn735213003/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735213003/phys_0002)

DFG

HEINRICUS RUDOLPHUS

Redeker/

Jur. D. Prof. P. Consist. Provinc.
Assess. Sereniss. Ducis Meckl. Consil. & p.t.

Ampl. Facult. Jur. Decanus

Suo & laudatæ Facultatis nomine,

Ad

Disputationem Inauguralem

VIRI NOBILIS ET FLORENTISSIMI

DN. JOHANNIS

CHRISTIANI Güsserman/

Patricii Hildesienis

Die XV. Septembris in Auditorio majori
sub auspicio divino habendam

Magnificum Dn. Rectorem, Amplissimum
& Prudentissimum utriusque Reipl. Senatum, o-
mnesque literatos & qui literatis bene cupiunt obser-
vanter & officiose invitat

• 0960 • 0960 •

Rostochii, Typis JOHANNIS KIKII, Acad. Typogr. 1664.



Uoniam omnis actio, uti apud omnes in-
confesso est, propter finem certum susci-
pitur, proinde actionum eventus, quia
sape humanam vim superat, nō tam probe
notandus, quam agentis intentio: hæc
enim, quo magis ad virtutis scopum
inclinat, eò majorem dignitatis laudem
meretur. Rerum civilium exquisiti
censores, alias laudabiles, alias vitu-
perabiles, alias autem medias actiones
vocant, ex quibus illæ amplectenda, istæ fugienda, ha- autem
arbitrio humane relinquenda, quia per se, nec virtutis
nomen merentur. Multi homines prudenti consilio & præmeditato
res præclaras auspicantur, sed quia minus feliciter conatus illorum
succedunt, sape loco sperata gloria, consilii sequoris authores haben-
tur, nec tamen reprehensione sed commiseratione cum laude conjun-
cta digni sunt. Alii non tam ex proposito agendi, quam ex fati di-
spositione aliud intendunt, aliud autem efficiunt, & horum actiones
quoties prospere succedunt, ab effectu potius quam agentium conama-
ne gloriose predicanter, & ita ex fortuito successu non tantum lau-
dabiles habentur, sed authoris dignitatem augent, & bonum no-
men, quod, teste Salomone, instar unguenti fragrantis & preciosi est, ad
posteros hanc raro transferunt. Vitiosa actio itidem ab intentione
& affectu agentis talis dicitur, quoniam sine affectu, nullum deli-
ctum esse, nec vitium, ipsæ leges testantur, & ratio qua legum mater
est ap-

est approbat. Illae autem actiones que medie sunt considerationis, eo
minus in censum incurront, quia per se nec laudem nec vituperium,
causantur. Pessime autem actiones suas discernunt, qui depravatio
& corruptio judicio, nulla moralium consiliorum, & actionum vera
& immota principia statuunt, sed omnia ex successus utilitate
dimetiuntur, adeoq; virtutibus nomen vitiorum, & vitiis virtu-
tum vim ascribunt, quasi vero nihil intersit, inter furiam libidi-
num, & excelsa indolis animum. Omnia enim quae praelata
inter humanas actiones miramur, non sua sponte & a natura pro-
germinant, sed a magistris morum imbuuntur, & ita deinde stu-
dia in mores abeunt. Optime autem actiones sunt, veraque
laudis ac gloriae causa, quae intentione non tantum, sed etiam
progressu ad verae & infusa virtutis scopum inclinant & du-
cuntur, proin qui has sectatur, ingenuam laudem & honorem, qui
virtutis merces esse debet, jure meretur. Que hactenus de huma-
nis actionibus in genere sunt dicta, non possunt non ad Ius ejusque
cultores apprime applicari. Quoniam enim Jurisprudentia, que
proxima justitiae causa est, omnis in actione consistit, hoc, qui illam
profidentur, preprimis agere debent, ut actiones suas ad Justitiam
consequendam dirigant, inde Ulpiano teste Jurisprudentes veram &
non simulatam dicuntur profiteri philosophiam. Neq; enim quicquam
aliud est vera philosophia quam studium sapientiae, quo dicente Ci-
cerone, virtutis officii & bene vivendi disciplina continetur, &
haec sapientia quae mater est omnium bonarum artium, & quo civili-
lis societatis compages, tanquam indissolubili vinculo coharet, est
divinarum & humanarum rerum notitia, justi atque injusti scien-
tia, quam Graci Philosophiam, Latini autem ab excellentiori parte
Jurisprudentiam vocant. Rectissime igitur Juris Studiosi ve-
ram & non simulatam philosophiam affectari dicuntur, quia justus
& honestus illorum labor, honore, premiis & splendore decoratur,
illique soli sunt, quibus Resp. per partes gubernanda potest committi.

tolle

Tolle è civitate justitiam ejusque Sacerdotes, & Republicæ in anarchia
seu latrocinia degenerabunt. Verum enim vero, uti diversa sunt
hominum sensa, ita diversum etiam, si verum fateri liceat, intendunt,
qui Leges colunt. Alii enim hoc unum student, ut habeant divina-
rum & humanarum rerum notitiam & scientiam, eamque in populi
utilitatem eatenus impendant, ut nunquam non immortalis famæ
gloriam sectenur, nam hi non virtutis speciem, sed virtutem ipsam
pro fine habent, nec sunt spinarum, sed salutis publicæ seminatores, sive
Leges latae interpretentur, sive egenus consilio succurrant. Alii de-
lectamenti tantum causa juri operam dant, remoti ab omni negotio
civili, & hi, quo magis idonei sunt ad discernendum id, quod justū aut
injustū est, eo minus publicis curis se se associant, proin quam sci-
entia laudem merentur, eam nihil agendo negligunt, adeoq; nec lau-
dem cupiunt nec vituperium metuunt, tuti, quasi ab omnistrepitu &
curarerum civiliū vacui, latent, & nascentes morientesve quasi fallunt.
Tertium genus illorum est, qui in veræ philosophia & præceptia commit-
tunt & interdum rabulario negotio incumbunt, harpija instar ex pra-
da viventes, vel leges calumniose tractantes, de quibus recte dici-
tur, quod inventa lege, etiam fraus legis inventa sit, nihil enim vel
natura vel civilis ratio unquam tam solide formavit vel prudenter
constituit, quod malitia humana non possit infringere. Neque ta-
men mihi illus persuadere poterit, advocandi illam malitiam, tam
ipsis Advocatis, quam neglentie vel inscitie sepius Magistratus esse
attribuendam. Turpe enim esset judici, si in rebus civilibus instantaneo
excutiret, ut justum ab injusto, licitum ab illicito, equum ab iniquo
vesciret distinguere, & causarum Patronos eo adigere, ut secundum
vera & indubitate juris principia causas clientum suorum tractent.
Male audiunt advocati, quorum tamen Imperatore teste, laudabile
& vita humana necessarium est studium, sed quare non equo male
audiunt Magistratus, qui patiuntur ut sepe à laudabilis illo studio
Causidici discedant, litem ex lite seminent, illamq; astutias sua, quam
do luna

dolum bonum vocare volunt, immortalem faciant. Quem-
admodum Medicinatam salubrium quam insalubrium epho-
ris mos colligit, ut adversavitentur, & congrua eligantur, ita
ius equi simul & iniqui fontes ostendit, quo justum ab inju-
sto eo tutius discernatur, & licitum ab illicito eo exquisitius
disparetur. Is itaq; qui juris disceptator est vel qui juri fe-
rendo aut dicundo praeest, non potest non omnem calunianandi
libidinem & pruritum cohibere, si modo in tempore occurrat,
quod melius & facilius est, acsi post vulneratam causam,
quam sape ius quæsum vocant, velit remedium indagare.
Duas esse prudentia species; alteram veram & sanam, alte-
ram autem spuriam & simulatam, Politici statuant, sed hanc
prudentissimus Regum Salomon stultitiam docat, tanquam
qua ex fallaciis & astutiis consuta est, eoz gressus suos diri-
git & hoc unum intendit, ut proximum lœdendi & circum-
veniendi subtile modos inveniat, hanc qui sectatur & qui
permittit, non prudentis sed ex Salomonis effato stulti nomen
meretur. Dices fortean non omnem astutiam ex Republica
esse eliminandam, adeoq; Advocatum etiam in bona causa
non unquam fallacis uti posse, & debere sepe, ni velit causa
sua cadere. Fateor commune hoc esse dicterium Juriscon-
sultorum, sed ita temperatum & perpetuo temperandum, ut
abst malitia & morsus proximi, sine quo fallacia vix acne-
vix fallacia erit; si quidem inter fallaciam & dolum, quem-
feci bonum vocant, magna est differentia. Mibi itaque illa-
mens est, quod fraudibus ad victoriam niti, nunquam sit
Advocato in laude sed semper in vizio, quoniam officium ad-
vocati debet esse laudabile & honestum, laus autem & hone-
stas omnem fraudem & deceptionem proximi expellit. Lici-
cum quidem est Advocato dum causa justæ patrocinium præ-
stat, illa occultare, qua clienti suo nocere, & adversario pro-
desse

desse posunt, ne tamen fraude vel per mendacium judicem-
decipiat, siquidem dolus bonus talis esse definit & in maliti-
am dilabitur, nec sine expressis insidiis est, quoties cum
mendacio & morsu conscientiae est conjunctus, adeoq; ad
veram Jurisprudentiam neutiquam pertinet. Venit in
Academiam nostram Vir Nobilis & Praeclarus Do-
minus JOH. CHRISTIANUS Süsserman/Hildesiens-
cis J. II, Candidatus Præstantissimus, qui cum in aliis
Academiis veræ & non simulatae jurisprudentiae principia
hauiisset, mibi ingenuè primum testatum fecit, se studium
Juris, cur per octennium indefessam præstitit, operam, cum
bonis moribus concordi vinculo tam arcte junxisse, ut possit
summos in jure honores & promeritam laboris virtutisque
gloriam hanc difficulter impetrare. Quoniam autem in
tribuendis & conferendis honoribus, non tantum Studiorum
sed & vita ante acta & natalium ratio iniri debet; Patrem
babuit Virum Nobilem & Clarissimum Dominum
FRIDERICUM Süssermann Patritium Hildesiens-
sem & Praefectum in Helen, Matrem vero fœminam
Clarissimam & omni virtutum decore fulgidissimam
Annam, Viri Amplissimi & Prudentissimi Domini
JOACHIMI Neinsen Reipb. Hildesiensis Senatoris fi-
liam. Hisce parentibus ortus Dn. Cand. à prima statim infan-
tia, sollicita parentum cura tam graviter & provide educa-
tus est, ut parentibus non tantum, sed & aliis certissi-
mam spem faceret boni civis. Prima proinde rudimenta
humanitatis & literaturæ in Schola patria jecit, inde studio-
rum causa Cellam, Aula Serenissimorum Ducum Brunov-
icensium & Lunæburgensium Clarissimam, commigravit,
ubi cum per biennium substitisset, egregios in Studiis pro-
gressus fecit, usus præcipue fidelissimâ informatione Viri
Cla-

Clarissimi D. WILHELMI MECHOVII Recto-
ris Amplissimi. Inde, cum fiduciam sui & suorum haberet,
dignusque judicaretur, qui in Scholas Regias tempestivè
iret, Patre quidem jam ante inmatrū morte orbus, opti-
mæ Matris suæ & sautorum Consilio Athenas Julias
Anno 1655. primum invisit, in quibus non ut numerus
esset, vixit, sed ut in studio virtutis & eruditionis feliciter
certaret. Mensa usus est Viri Nobilissimi & Excellen-
tissimi Domini JOHANNIS EICHELII JCTi &
Professoris celeberrimi, nec minus ejus, ac reliquorum
Excellentissimorum Professorum, nimis Domini
HAHNII, Domini WERNERI, Domini BINNII,
ac Domini GLASERI, prudentiâ & informatione
tum privatim tum publice adjutus, præclarum in jure
incrementum sensit. Postquam autem contagiosus mor-
bos illas regiones periculose infestaret, relicto Helmstadio
Rinthelium se contulit, ibique per integrum triennium
in captum Studium sedulo continuabit. Ne autem sine Symbolo
eruditionis inde discederet, Disputationem de novi operis
nunciatione docte conscriptam, sub præsidio Viri Nobil-
issimi & Excellentissimi Domini CHRISTOPHORI
BUCHOLTZII JCTi & Professoris ejusdem Acad-
miæ longè celebratissimi, publico examini submissit.
Relicta illa Academia in Patriam se iterum recepit, & illa-
que in Scholis fideliter jecerat juris & æqui principia ac
fundamenta recoluit, donec haud dudum in animum indu-
xisset suum laboris & studiorū præmiū decenter impetrare.
Cum ita mibi p.t. Decano animi sententia explicasset, non de-
bui non honestis ejus desideriis annuere, præcipue cum dispu-
tationem ex latifundio juris deductam & docte compilatam,
michi simul obtulisset. In privato itaque ac rigoroso examine

se ta-

se talem Amplissima Facultati probavit, qui idoneus judicaretur, ut publico etiam examini submitteretur. Conscriptis autem præsens Dominus Candidatus Disputatione pro summis in universitate jure honoribus ac privilegiis obtainendis, de Liquidatione, eamque uti se privato Facultatis examini privato sibi fit, publica velitationi committere sustinebit. Ego proinde omnes illos qui Jurisprudentia, ejusq; in hac Academia, Facultati, & præcipue honestis Domini Candidati conatibus bene cupiunt, officiose, observanter & amanter invito, rogoque, ut dicto die nostris studiis vacare, & Dominum Candidatum exercere vel presentia tantum nobis favere
hanc dedignentur.

Dabam Rostochii sub Sigillo Facultatis Juridicæ 4. Septembr.
Anno 1664.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn735213003/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735213003/phys_0011)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn735213003/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735213003/phys_0012)

DFG

num. 3. hoc iuxta Privilegium Holsticum vera
 stipulatur Mindan. de Proceß. extrah. lib 2. cap.
 etiam Lubeca & Francofurti observari. Quæreris
 ligatus sine instrumento, teneatur ad creditoris
 instrumentum, quod paratam executionem habeat
 post rem judicatam. ff. de Re Ind. in declarat.
 Quæritur (16) quomodo damna & intercles liquentur
 Commerc. §. 1. quæst. 7. parte 2. ampl. 8. num. 240.
 in declarat. legi regni limitat. 4. num. 6. & 7. C
 executione instrumenti guarentigii, vel à prouido
 appellari possit? Responderetur, quod qua
 strumenti guarentigii concernit, ab ea quoad
 appellari non posse, Anton. Massa Galles d. tr. p.
 seqq. ubi pluribus hoc exornat. Quantum vero
 exequendo attinet, regulariter ab ipsa appellat
 Dd. apud Alexandr. Trentating. 2. Resol. 12. num. 2
 ramen intelligendum est, si ante Decretum de
 sententia, quæ in rem judicatam transivit. I
 cuius executio petitur, præcessit, appellation
 vel rejiciendam Ddres decidunt. Secundo locu
 tur, quando per pronunciam de exequendo appelle
 men. Tertio à Decreto de Exequendo appelle
 fieret intra tempus, quo liberum est a sententi
 tur, provocare. Quartò appellare licet, si ne
 cedatur. Et tandem quinto tertius interver
 docens appellando à decreto de exequendo,
 d. loco. num. 2. 3. 4. ad fin. Plura de hac quæstio
 Vnusquum lib. 2. controver. Illustr. cap. 38. num.
 d. tr. pag. m. 329. num. 18. ad fin. libr. 3. Parlado
 cap. fin. parte 2. §. 3. & parte 5. §. 15. Myrl. 3. O
 per. cap. II. num. 20. Petrus Gregor. rr. de
 rot. Suarez. d. loco in declarat. legis regni. in
 Meischner. decis. 28. num. 6. tom. 1. lib. 1. Scipi
 ol. Escobar. de Ratiocin. cap. 33. num. 14. Anto
 defini. 28. Ethac pro institutio nostriratione, t



at. Cui
 dens ita
 tor ob
 dare in
 r in d.l.
 penult.
 scacc. de
 e, d.loco.
 rum ab
 sequen
 nem in
 sisivum.
 um. 7. &
 nem de
 tur, ride
 st. quod
 t prolata
 tentia,
 andam.
 relinqui
 ar grava
 ndo illud
 utio peti
 tione ex
 resse suo
 nd. Trent.
 et, adeat
 2. Galles.
 quotidian.
 Arest. im
 cap. II. per
 rum possit.
 urud. (cap.
 e Appellat.
 oli mei im
 becilli-

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. _____
 Patch Reference numbers on UTT